

## Progressive Reading Continued

### Phrases:

virtūs et sapientia  
virtūs sapientiaeque  
vir magnae virtūtis  
vir magnae sapientiae  
sacerdōs magnae virtūtis sapientiaeque  
sine ratiōne  
cum laude  
magnā cum laude  
in periculō  
magnō in periculō

Lāocoōn populum monet  
Lāocoōn populum monere audet  
Lāocoōn, sacerdōs magnae virtūtis sapientiaeque, populum monere audet.  
“cōgitātis, ō Trōiānī!”  
“sine ratiōne cōgitātis, ō Trōiānī!”  
“copiae in equō sunt.”  
“magnō in periculō erimus.”  
“copiae in equō sunt, magnō in periculō erimus.”  
“Graecīs nōn crēdite!”  
“nōn debētis Graecīs crēdere.”  
Graecī sunt falsī.  
“nōn debētis Graecīs crēdere, nam Graecī semper sunt falsī.”  
equum tundit.  
tum equum tundit.  
tum equum hastā tundit.  
īra magna est.  
īra Minervae magna est.  
dea serpentēs mittit.  
dea duōs serpentēs mittit.  
dea duōs serpentēs ex marī mittit.  
ō miser Lāocoōn!  
serpentēs tē strangulant!  
serpentēs tē et filiōs tuōs strangulant!  
serpentēs tē tuōsque duōs filiōs strangulant!  
malī serpentēs tē tuōsque duōs filiōs strangulant!  
tē tuōsque duōs filiōs malī serpentēs strangulant!  
Trōiānī deam timent.  
equum ducunt.  
equum in urbem ducunt.  
ratiō nihil docet.

ratio Laocoontis nihil docet.

ratio Laocoontis Troianōs nihil docet.